Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Eiusdem, ex quaternione I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

ANNO CHRISTI 431.

Item eiuſdem, ex quaternione XV. *in dogmate.*

Inconfuſam igitur naturarum coniunctionẽ retineamus: Deum in homine confiteamur: hominem colamus, ob coniunctionem cum omnipotenti Deo ſimul adorandum.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ιέ. εἰς δόγμα.

Ἀσύγχυτον τοίνυν τὴν τῶν φύσεων τηρῶμεν συνάφειαν· ὁμολογῶμεν τὸν ἐν ἀνθρώπῳ θεόν· σέβωμεν τὸν τῇ θείᾳ συναφείᾳ τῷ παντοκράτορι θεῷ συμπροσκυνούμενον ἄνθρωπον.

Item eiuſdem, ex quaternione VI.

Perpende quod his ſtatim ſubiungitur: *Vt miſericors*, inquit, *fieret, & fidelis pontifex in his quæ ſunt ad Deum. In quo enim paſſus eſt ipſe tentatus, poteſt tentatis ſubuenire.* Pontifex igitur qui paſſus eſt, miſericors eſt: paſſibile autem extitit templum, non Deus, qui viuificat illum qui paſſus eſt.

Hebr. 2. v. 17.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ς'.

Σκόπει καὶ τὸ τούτοις εὐθὺς συναπτόμενον· ἵν' ἐλεήμων, φησί, γένηται, καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεόν. ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. οὐκοῦν ὁ παθών, ἀρχιερεὺς ἐλεήμων· παθητὸς δὲ ὁ ναός, οὐχ ὁ ζωοποιὸς τοῦ πεπονθότος θεός.

Item eiuſdem, ex quaternione XXVII.

Vt diſcatis, inquit, quam eximia extiterit illa diuinitatis cõiunctio, vel cũ in infante dominica cerneretur caro. Ipſe enim & infans erat, & infantis Dominus. Laudaſtis vocem, verum ne temere ac ſine examinatione illi applaudatis. Dixi enim, Idem omnino & infans erat, & infantis inhabitator.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον κζ'.

Ἵνα μάθητε, φησίν, ὡς σφοδρά τις τῆς θεότητος ὑπῆρχε συνάφεια, καὶ ἐν βρέφει τῆς δεσποτικῆς καθορωμένης σαρκός. ἦν γὰρ ὁ αὐτὸς βρέφος, καὶ τοῦ βρέφους δεσπότης. ἐπῃνέσατε τὴν φωνήν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὴν ἀβασανίστως κρατῆτε. εἶπον γάρ, ὁ αὐτὸς ἦν βρέφος, καὶ τοῦ βρέφους οἰκήτωρ.

Eiuſdem, ex quaternione I.

Communes enim ſunt trinitatis operationes, ſolaque hypoſtaſeon diſtinctione ſecernuntur. Quamobrem vnigeniti gloria aliquando adſcribitur Patri. ait enim: *Eſt Pater meus, qui glorificat me.* interdum vero Spiritui: *Spiritus enim*, inquit, *veritatis glorificabit me.* nonnunquam vero Chriſti potentiæ.

Ioan. 8. v. 54

Ioan. 16.

Τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον α'.

Κοιναὶ γὰρ αἱ τῆς τριάδος ἐνέργειαι, καὶ μόναις ὑποστάσεσι τὴν διαίρεσιν ἔχουσαι. ἡ γοῦν τοῦ μονογενοῦς εὐδοξία ποτὲ μὲν τῷ πατρὶ προσάπτεται· ἔστι γάρ, φησίν, ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με. ποτὲ δὲ τῷ πνεύματι· τὸ πνεῦμα γάρ, φησί, τῆς ἀληθείας ἐμὲ δοξάσει. ποτὲ δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ δυναστείᾳ.